



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

EXAMEN PUBLICUM ANNIVERSARIUM

IN

SCHOLA METROPOLITANA

XV. CALENDARUM OCTOBRIS A. MDCCCXVIII.

HABENDUM

INDICIT

RECTOR SCHOLÆ

NICOLAUS LANG NISSEN,

DOCTOR PHILOSOPHIE ET MAGISTER ARTIUM ATQVE PROFESSOR.

Insunt Acta Solemnia Scholastica *Tertii Reformationis Jubilei* in *Schola Metropolitana*
d. I Nov. A. MDCCCXVII⁴ celebrati.

H A U N I AE 1818.

TYPIS SCHULTZIANIS.

Sistens paedagogiske Studiesamling
København V.

ACTA SOLEMNIA SCHOLASTICA,

QVIBUS

FESTUM SECULARE TERTIUM

IN MEMORIAM SACRORUM

PER *MARTINUM LUTHERUM* INSTAURATORUM,

EX EDICTO REGIO,

DIE I NOVEMBRIS A. MDCCCXVII

HORA VII POMERIDIANA,

CELEBRABAT

SCHOLA METROPOLITANA.

I.

Qvas in animo præceptoris publici cohortationes memoria *LUTHERI*
excitare debeat.

O r a t i o ,

qvam in Memoriam Tertii Reformationis Jubilæi

Scholæ Metropolitanæ Nomine

habebat

Rector Scholæ

Nicolaus Lang Nissen,

Doctor Philosophiæ et Magister Artium atqve Professor.

*Auditores excellentissimi, amplissimi, summe venerandi, doctissimi,
quotquot adestis optimi!*

Beneficiis divini numinis in restauranda republica tum sacra tum literaria Lutherique memoria, qvo strenuissimo operis peragendi ministro deus O. M. uti voluit, jubilant ecclesiæ, exsultant universitates, lætan- tur scholæ danicæ. O si non solum ore proferri hæcce divini beneficij præconia, hasce laudes Lutheri, homines auribus auscultarent, sed mentibus easdem sentirent, pectore vere commoto, qvid velint sibi, perciperent! Tum exspectare fas esset, ut, in agendo triduo hoc festo seculari, inque celebranda memoria Lutheri, per tria secula de genere humano meritissimi, mentem qvoque Lutheri aliquis induat, inque rebus suis gerendis animum Lutheri præ se ferat. Tum, si deo placet, altior melior- que spiritus, vereque is sanctus ac divinus, dignus Lutheri sectatoribus, subinde sese in vita hominum ita exsereret, ut non modo laudes ejus prædicare, sed easdem, quæ est humanæ naturæ imbecillitas, æmulari homines studeant.

Hæc enim est miseranda vitæ humanæ conditio, ut inter bonum malumque perpetuo pugnetur, verumque cum falso, cum luce tenebræ sic configere videantur, ut genus humanum qviescere nunquam sinant, semper vero huc illuc agitent, ut, utrum tenebræ an lux, utrum mendacium an veritas superior futura sit, haud liqveat. Qvare caveamus, ne putemus, tam bene sese res humanitatis verique sensus habere, ut ad

priorem superstitionis barbariam atque ignorantiam relabi nunquam homines possint! nec, nimis historiæ testimonio confisi, docentis, nunquam malum ex bono ita triumphare, ut non ipsa mali exsuperantia victoriam boni maturet, eo calamitatis recidere bonam causam patiamur, ut novæ pugnæ periculis alteriusve Lutheri certamine iterum opus sit! Deum potius precemur, ut, qvi fuit in Luthero animus, veri rectique amans, falso pravoque infestus, idem hodie quoque in melioribus hominibus insit, ut non modo non tenebris superstitionis cedant, sed improbitatem et fraudem ultro lacessere velint, adeoque, quem vigilare oporteat, is non dormiat, quem loqui oporteat, is non taceat!

Cultiores enim terræ regiones quantæ tenebræ Lutheri aeo occuparent, qvi funes quæque vincula liberam domarent hominis mentem, ne verum rectumque saperet, tum neminem nostrum latet, tum orationis facultatem superat. Ad tantum enim stuporis recidisse accipimus animi humani præstantiam, ut nullo non pretio impotentiæ dominationis pontificiæ scelerisqve ejus ministris sese venderet, eoqve impudentiæ flagitiique processisse abjectissimos istos monachos, seculi ignorantia fretos, ut, qvi religionis morumque sese doctores profiterentur, ii, nullis non vitæ probris inquinati, sordidissimi lucri cupidi, stultitiæ superstitionique se ita venditare non erubescerent, ut, datam sibi vel gravissima peccata remittendi potestatem jactantes, ex arcu vel mendicissimorum hominum supremum assem elicerent, confirmantes adeo dictum Ciceronis,*) "male sese rem habere, quum, quod virtute effici debeat, id tentetur pecunia;" qvid? quod eo sceleris progressam esse immanem libidinem imperii in animum humanum exercendi, ut, quibus libris nihil magis salutare hominibus datum est, eos vulgo hominum clausos esse juberet, inque sacra coena, a servatore divinissimo, eodem vero humanissimo, ita instituta,

*) De officiis II. 6. 10.

ut, qvidqvid est hominum, cōmuni amoris vinculo conjungeret cō-junctumqve retineret, turpissimo edicto calicem vini, sangvinis ejus in cruce effusi imaginem, plebi, qvæsi contaminatæ et pollutæ, præcipi imperaret. O indignissimam generis humani sortem, ut, qvæ qvanta-qve ei superbissima barbaries imponere ausa sit, ea tantaqve sibi impe-rari patienter ferret! Hasce vero tantas tenebras, menti humanæ per se-culorum spatium offusas, prudens Lutheri animus dispersit: hos funes, hæc vincula gravissima fortis ille spiritus, minarum, periculorum, cru-ciaturum, mortis conteintor, qvæsi ictu discussit. Qvare merito nos, qvi ex crudelissimo et miserrimo dominatu erepti sumus, qvi vere liberi vivi-mus, tenebras tantas dispulsas, vincula tanta rupta nobis gratulamur: merito nos, in hac festi secularis felicitate jubilantes, cum conjugibus et liberis ad omnia templa, ipsi ad omnia universitatum scholarumqve audi-toria supplicationem, *Regis Augustissimi* edicto decretam, celebramus.

Eqvidem vero, qvum verba facturus sum hoc die, memoriae Lu-theri sacro, etsi non immierito vereor, ne lingva mea, inexercitati et balbutientis, summi singularisqve viri laudibus, qvæ in omnibus templis et auditoriis nostris hisce diebus recinunt, nimis impar futura sit, atta-men nolo committere, ut per me ita laudibus ejus hic loci detra-hatur, ut de alia re, non de eo solo, dicere velim, meve virium tenuitatis ita pudeat, qvod disertiores, qvi virtutes ejus extulerunt, æqvare neqveam, ut, hoc omissio, aliam materiem tractare malim. Vos vero, auditores omnium ordinum optimi! faciles mihi præbetote aures, dum, qvas in animo præceptoris publici cohortationes memoria Lu-theri excitare debeat, paucis ostendere conabor. Nolite male inter-pretari judicium meum, qvod in hujusmodi argumento tenendo malu*i* in-consultus, qvam in negligendo ingratus videri. Tuqve, præclara anima! (Te enim res nostras curare humanaqve adhuc respicere non dubitamus)

Tu, qvæ dicturus sum, ignobilissimus oratorum, gloriam tuam hisce diebus prædicantium, non ut eo, qvi debetur rebus a Te egregie gestis, honore atqve cultu Te afficiam, qvod virium mearum tenuitatem longe superat, sed ut vox mea et voluntas officio suo functa esse videatur, ea æqvo animo accipere haud deditnare!

Lutherus vero, auditores doctissimi! ut omnibus in universum summi et eximii viri imaginem ob oculos sistit, sic ob egregia de rebus scholarum merita, imprimis vero ob animum illum, erroribus et pravis opinionibus vacuum, veri sensus amantem, ignorantiae infestum, meditando et commentando indefessum, non minimum sed maxime dignus est, qvi nobis, qvi in scholis versamur, docentibus, si non æmulandus, admirandus certe, proponatur. Est enim hoc vitæ qvotidianæ mediocriumqve hominum, ut, si sua qvisqve munia, more solito, obire, seculiqve ingenium passibus æqvis seqvi didicerint, nihil ipsi amplius cupiant, nihil amplius a se jure postulari posse arbitrentur. Qvo fit, ut, qvi, non nullo muneris sui amore ductus, aliquatenus in eo prodesse cupiat, adeoqve in levioris saltem momenti rebus vitiis occurrere velit, is haud raro magni atqve insoliti aliquid ausus esse sibi videatur. Et vero opera ejus, qvamvis minima fuerit, qvanti nihilo secius sit, qvanticumqve a vulgari more discedat, confirmingant impedimenta, qvæ statim industriæ ejus objiciuntur, confirmat odium, qvod ei undique paratur, ut mirum non sit, tam paucos sese supra id, qvod usitatum est atqve solemne, extollere, pauciores ævi vitia attingere audere, paucissimos eisdem resistere valere. At qvanta animi magnitudine, qvanta judicij libertate opus est, ut ab opinionibus in mente hominum diu inveteratis te liberes! qvanta ingenii sollertia atqve acumine opus est, ut vincula, animo humano ab impotenti dominatione injecta, eaqve viribus religionis et superstitionis confirmata, criminari, nedum disrumpere, agites! Hañc mentem

voluntatemque ut susciperet, Lutherum impulit insignis ejus veræ intelligentiæ rectique sensus amor, vehementissimumque ignorantiae et inscitiae odium eum concitavit, ut, indefesso meditandi et scribendi studio usus, non sibi soli viam ad errores cognoscendos adque verum videndum munieret, sed aliis quoque aditum ad eundem sapientiæ fontem aperire studebat. Quantopere autem vero exqvirendo inhiaverit, quam indefesso atque fere infinito labore in litteras incubuerit, id, si non constaret, eum interdum plures dies noctesque, ut meditaretur atque studeret, sine victu in cella sua continuasse, donec amici atque familiares, januis perruptis, fatigatum atque fere exanimem recrearent, satis superque permulta atque egregia scripta ejus testarentur, quæ historiæ etiam testimonio nobis adhuc fidem faciunt, eum, ut Bugenhagii verbis utar, tantum non solum, toto orbe cœcutiente densaque caligine obruto, integris usum fuisse oculis, eum solum lucis copiam habuisse, ut saperet et, quid rectum, quid pravum esset, videret. Praclarum profecto exemplum veræ sapientiæ errorumque immunitatis, dignum, quod semper præceptoribus ante oculos positum sit! Sunt enim sui cuique ætati errores, hydræ instar multis capitibus instructæ, quorum altero sublato, alterum in locum ejus succrescit, quibuscum vero non minimum magistris in scholis versantibus configendum est, ne omnis laboriosi muneris fructus pereat. Ad hosce vero animi errores impugnandos profligandosque, ne industriam et laborem præceptorum superent, oportet, ut, ad exemplum Lutheri, ipsi prævis opinionibus se liberare studeant, amore veri, falsi odio se arment, vigilando, lucubrando, meditationibus, scriptionibusque vacando id sequantur, ut lux veritatis non sub modio ponatur, sed in candelabro posita omnibus hominibus luceat, ut, radiis ejus delectati, recte vereque, ut decet, patrem suum in coelis laudent atque celebrent.

At certe Lutherus in medio cursu suo nobilissimo substitisset, nisi

idem continentissimus honoris ornamenta, ab insidiatoribus pontificiis et monasticis oblata, neglexisset, magnoque et excelso animo præmiorum lenocinia, qvibus fortissimo et innocentissimo heroi os occludere tentaverunt, sprevisset. Nec certe tantum opus, qvantum perfecit, fuisse perfectum, nisi id animi habuisset, eaqve constantia et fortitudine instructus in pugnam processisset, ut, contemtis omnibus cruciatuum minis, qvibus plerique hominum a virtute detorqueri solent, vitam mortemque perinde aestimavisset, magno et imperterritu animo hæc omnia nihili habens, ut non liberaret ex servitio et caligine genus humanum. At tanta erat intrepidi animi ejus, nil expavescentis, constantia, ut, etsi immortalis Johannis *Hussii*, ob eandem in vero tuendo constantiam rogo impo-siti, extrema suspiria aures ejus adhuc attingerent, pyraeque imago crepitantiumqve ignium, qvibus combustus est egregius ille *Hieronymus Pragensis*, quasi oculis ejus adhuc obversaretur, nec non ejulatus fortissimi viri, Hieronymi *Savonarollæ*, tum in fidiculis torti, tum patibuli supplicio paucis ante annis necati, vel cordatissimi cujusqve mentem adhuc ferirent, tamen, cum Vormatiam vocatus esset, nunquam dehortantibus amicis, ne veniret, sortemqve Joh. *Hussii* commemorantibus, adesse non dubitaret, sed memorabilia illa verba, nunquam obliviscenda, vividissimam animi in deo tanquam arce firmissima unice confidentis imaginem, eloqueretur: *se, etsi, qvot tegulae in tectis, tot diaboli intra moenia Kor-matiæ essent, nihilominus venturum.* O egregiam vocem, o immortalia verba, nunquam non in memoriam hominum revocari dignissima! qvæ si in mente hominum atqve animo, ut fas esset, semper infixa hærerent, qvid iis ducibus, qvid iis auspicibus desperandum esset, qvod mens melior ad commoda generis humani perficere jusserit?

Tu igitur, qvisqvis es, qvi corruptos seculi mores, qvibus favetur, relinquere, reprehendere, emendare audes, cum audias, veritatis hostes

conjuratos minarum atqve exsecrationum fulmina in te contorqvere, ut
 te, qvo minus verum rectumqve tuearis, deterreant; cum videas, insidia-
 tores ornamentorum laqveos tendere præmiorumqve dolos tibi struere,
 ut permulcendo saltem vocem tuam ad silentium redigant, adversarios-
 qve in te consurgere, qvi id agent, ut, qvidqvad efficere coneris, id
 irritum sit, omniaqve tua consilia, pro bono publico suscepta, ad nihi-
 lum cadant: tum age! qvæso, constantiæ fortitudinisqve Lutheri memor
 esto, ut, despecta potentium ira atqve odio, insuper habitis insidianium
 minis, exspectatis æqvo animo insectationibus, qvæ optimo cuique
 eveniunt, qvid? qvod, omissa omni prava ambitione, spreto mediocrum
 hominum de te judicio, neglectis præmiis, contemtis laudibus, nihili
 habitis honoribus hujuscemodi, qvales etiam minus digni asseqvi possint,
 propositi tenax, qvod verum rectumqve sit, ita tuearis, ut tibi persua-
 sum sit, bonam profecto causam tandem victoriam esse reportaturam,
 tibi vero virtutis præmium, qvo nullum majus esse unqvam potest, futu-
 rum, ut scias, operam tuam patriæ utilem fuisse, nec frustra te in eo
 loco, ubi fueris, res tuas gessisse! Nos vero, qvi in hoc munere schola-
 stico versamur, ut juventutem nobis creditam instituamus, adqve omnis
 pietatis et honestatis amorem exhortemur, qvo melius rectiusqve nos in
 hoc munere gravissimo ita gerere possimus, ad hocce etiam excellentissi-
 mum constantiæ Lutheri exemplum mentem animumqve nostrum confor-
 memus, hacce etiam pulcherrima fortitudinis Lutheri imagine mentem
 animumqve nostrum erigamus, confirmemus, accendamus!

Etenim, auditores honoratissimi! pro tot tantisqve de genere huma-
 no meritis Lutherus nullum ornamentum virtutis, nullum monumentum
 laudis, nullum insigne honoris postulat, nisi *hujus diei, hujus diei,*
 inqvam, ut dignum est, sempiternam memoriam; hanc pro omnibus
 virtutis ornamentis, hanc pro omnibus laudis monumentis, hanc pro om-

nibus honoris insignibus in mentibus animisqve nostris condi, collocari, servari vult.*
Hacce vero memoriae laude contentus, qvum eum nihil mutum, nihil tacitum possit delectare, jure suo ita Vobiscum, principes civitatum gubernatores! agit, ut Vos, qvi integrum sinceramqve suam doctrinam amplectimini, vestramqve adeo ipsorum imperii potestatem contra alienam vim confirmatis, exhortetur, ut eam porro et in æternum non solum ipsi tueamini, sed ad alios qvoqve extendere omni studio nitamini: hacce memoriae laude contentus, jure suo a vobis, qvi, ordini ecclesiastico adscripti, religionis et qvidem purgatæ doctrinæ rebus præstis, petit, ut omni mente atqve animo in id incumbatis, ut in veræ ac probatae religionis rebus ita semper proficiant homines, ut æqve vecordi stolidæqve superstitioni ac temerariæ et protervæ incredulitati occurratur, imprimis vero, ut ad pristinam pietatem, qvalem se in vita quotidiana publice privatimqve olim et qvidem nobis pueris exserebat, denuo et rite redeatur: hacce memoriae laude contentus, jure suo vobiscum, qvi in Academiæ luce versamini docentes, ita loquitur, ut vos roget atqve obsecrat, ut opus suum non solum perseqyamini, sed perficiatis, et præsertim, qvos libros divinos, monastica fraude clausos et quasi operculo prætentos oculisqve subductos, ipse qvodammodo retexisse, reclusisse, ecclesiæqve christianæ reddidisse dicendus est, ad eos viam ita muniatis, ut aditus ad eorum haustus omnibus iudicis patentior et jucundior reddatur: hacce memoriae laude contentus, jure suo nos deniqve, qvi in muneribus scholasticis constituti sumus, ita appellat, ita muneris gerendi rationem a nobis exigit, ut, immortalium ejus meritorum de rebus scholiarum memores, labore, studio, juventutis verique amore, falsi odio, constantia et fortitudine eum æmulari nunquam non studeamus. Sic Lutherus in templis, Academiis et scholis nostris tamdiu rite laudabitur,

*) Cf. Ciceronis oratio 3tia in Catiliniam, C. II.

dum memoria veri, dum laus constantiae, dum gloria animi magnitudinis manebit!

Qvod ut fiat, des Tu, deus optime maxime! Tuum enim est summum beneficium, qvod per octodecim jam seculorum spatium religionis Christianae, per filium tuum traditae, doctrina, solatio, spe genus humanum fruitur. Tuum est maximum beneficium, qvod integerrimae saluberrimaeque hujus doctrinæ bonis, per sanctum illum ministrum tuum, qvo uti voluisti, *Martinum Lutherum*, ab errorum turpissimorum nensis, ei adspersis, felicissime repurgatae, trium jam seculorum spatio evan-gelicæ professionis sectatores fruuntur. Tuum est singulare beneficium, qvod nobis, qvi tot tantisque emendatissimæ et sincerimæ religionis prosperitatibus adhuc in pace fruimur, de hac ecclesiarum, universitatum, scholarum felicitate hisce diebus jubilare, exultare, lætari contingit. Qvae tanta tua beneficia memori grataque mente recolentes, gratias Tibi, Deus optime, maxime! ex intimo pectore nostro habemus atque agimus, Te-que, ut in posterum perpetua sint nobis atque minoribus nostris haec tua beneficia, inque melius majusque augeantur, imploramus. Tu faxis, ut omnia ad honorem tuum adque commodum gentis humanæ eveniant! Tu salvum fac unctum tuum, Regem nostrum clementissimum, omniaque ejus consilia in melius rege, ut ipsi, patriæ, civibus prospere cedant! Tu Reginam nostram mitissimam atque pientissimam scuto gratiae tuæ protege, omniaque ejus vota pro salute patriæ, pro incolitate religionis, pro incremento pietatis, benignus exaudi! Totam Tu domum regiam ab omni in-fortunio prohibe atque defende! Tu da, ut errores mentis humanæ indies magis magisque tollantur, verus sensus atque intelligentia indies magis magisque invalescat, artes et litteræ, quæ vere utiles sunt, lætius indies vigeant et crescant. Qvas preces nostras Tu, optime rerum humanarum moderator! propitius admittas impleasque, precamur. Dixi.

II.

Cantate

ved

Metropolitanskolens Høitideligholdelse

af

Reformationsjubelfesten 1817.

Texten

af

Fredrik Høegh-Guldberg,
Professor og Ridder af Dannebroggen.

Musiken

af

Hr. Organist P. Krossing.

Foran Talen.

Jubler! jubler! S det Høie
tindrer der en Stjerne klar.
Secler ei dens Bane bøie;
hvad den er, den evigt var.

Hvor sig dristigst Tanke fjerner,
hvor ei øines Spor af Fjed,
straaler, klarest mellem Stjerner,
Sandhed! Du til Jorden ned.

Christi Haand Din Flamme tændte;
Engles Jubel priste Gud.
Lys, men venlig og, Du brændte
som for aldrig at døe ud.

Han blev glemt, Du skjult i Taager;
intet Øie meer dig fandt.
Men den glemte Christus vaager;
Luther kom, og Taagen svandt.

Zubler! jubler! Stjernen blinker;
 stirrer Alles Hine did!
 Os det er, den Flamme vinker,
 som udslukkes ei af Sid.

Hvo, der seer den, lydter, hører
 Stemmer fra sit Fædreland.
 Zubler! thi til Hjemmet fører
 den hver trætte Vandringemand.

E f t e r T a l e n .

O, lader os til Herren bede,
 som gav os Lys paa vildsom Sti,
 at aldrig Verden os forlede,
 til selv at lukke Diet i!

Enhver, som seer, med Tak fornæmme
 den Dagning, der ham viser Grav!
 Uhørt ei lyde Himmelens Stemme
 til Nogen, Herren Dre gav!

Din Wilje see, Du Støvets Fader!
 Du blive Fader, som Du var!
 Den Stjerne Fremtid ei forlader,
 der gjennem Fortid lyste klar.

Sa! som i Himlen, saa paa Jorden
 Din Wilje see, Du Støvets Gud!
 Lad rase Storme, knittre Torden,
 dog gaaer ei Sandheds Fakkeld ud!



Reliquum est, ut, qvam ob causam evulgandis hisce, qvalia ea cunqve sint, qvibus ante annum *solennia tertii reformationis jubilæi* in schola *metropolitana* agebantur, proluserimus, paucis verbis lectorem benevolum certiores faciamus. Instat examen publicum anniversarium, in Schola nostra, ut edicto regio, res scholarum ordinante, præscriptum est, habendum, eoqve ordine iisqve diebus agendum, qvos e schemate proxima pagella exhibito cognoscere licet; cui ut freqventes interesse velint, qvicunqve litteris, juventuti rebusqve nostris bene cupiant, officiosissime rogamus.

S C H E M A

over Examinationens Gang ved den offentlige Examen i Septbr. 1818
i Metropolitanskolen.

Torsdag d. 17 Sept.

Formiddag.	
9-11 Latin	4 Clasfe.
11-2 Historie og Geographie	2 Cl.A.
9-12 Fransk	3 Cl. B.
Eftermiddag.	
4-6 Religion	3 Cl. A.
— Tydsk	2 Cl. B.

Fredag d. 18 Sept.

Formiddag.	
9-11½ Latin	3 Cl. A.
11½-2 Historie og Geographie	3 Cl. A.
9-11 Arithmetik	1 Cl.
Eftermiddag.	
4-6 Dansk	3 Cl. B.
— Fransk	2 Cl. B.

Löverdag d. 19 Sept.

Formiddag.	
9-11 Græsk	4 Cl.
11-2 Latin	2 Cl. A.
9-11 Matematik	3 Cl. A.
11-12 Matematik	4 Cl.
Eftermiddag.	
4-6 Dansk	2 Cl. B.
4-5 Fransk	1 Cl.
5-6 Naturhistorie	1 Cl.

Mandag d. 21 Sept.

Formiddag.	
9-12 Latin	2 Cl. B.
12-2 Dansk	2 Cl. A.
11-2 Matematik	3 Cl. B.
Eftermiddag.	
4-5 Dansk	4 Cl.
5-6 Dansk	3 Cl. A.
4-6 Fransk	2 Cl. A.

Onsdag d. 23 Sept.

Formiddag.	
9-12 Latin	3 Cl. B.
12-2 Religion	3 Cl. B.
— Tydsk	2 Cl. A.
Eftermiddag.	
4-6 Religion	4 Cl.
— Arithmetik	2 Cl. B.

Torsdag d. 24 Sept.

Formiddag.	
9-11 Græsk	3 Cl. A.
11-1 Historie og Geographie	4 Cl.
1-2 Hebraisk	4 Cl.
11-2 Fransk	3 Cl. A.
Eftermiddag.	
4-6 Latin	1 Cl.
— Tydsk	3 Cl. B.

Fredag d. 25 Sept.

Formiddag.	
9-12 Græsk	2 Cl. A.
12-2 Religion	1 Cl.
Eftermiddag.	
4-6 Historie og Geographie	3 Cl. B.
4-5 Fransk	4 Cl.
5-6 Engelsk	4 Cl.

Löverdag d. 26 Sept.

Formiddag.	
9-12 Græsk	3 Cl. B.
12-2 Historie og Geographie	2 Cl. B.
12-2 Naturhistorie	3 Cl. A.
Eftermiddag.	
4-6 Historie og Geographie	2 Cl. B.
— Tydsk	3 Cl. A.

Tirsdag d. 29 Sept.

Formiddag.	
9-12 Græsk	2 Cl. B.
12-2 Religion	2 Cl. A.
9-11½ Matematik	2 Cl. A.
Eftermiddag.	
4-6 Dansk	1 Cl.
4-6 Naturhistorie	3 Cl. B.

Onsdag d. 30 Sept.

Formiddag.	
9-11 Historie og Geographie	1 Cl.
11-2 Religion	2 Cl. B.
Eftermiddag.	
4-5 Tydsk	4 Cl.
5-6 Tydsk	1 Cl.

Torsdag d. 1 Oct.

Formiddag.	
9-11 Naturhistorie	2 Cl. A.
4-6 Naturhistorie	2 Cl. B.
Eftermiddag.	

Stilen e udarbeides
saaledes:

Tirsdag d. 22 Sept.

Formiddag.	
9-12 Dansk Stil	4 Cl. B.
— — —	3 Cl. A.
— — —	3 Cl. B.
— — —	2 Cl. A.
— — —	2 Cl. B.
— — —	1 Cl.
12-2 Fransk Stil	4 Cl.
Eftermiddag.	
4-6 Tydsk Stil	4 Cl.

Mandag d. 28 Sept.

Formiddag.	
9-12 Latinsk Stil	4 Cl.
— — —	3 Cl. A.
— — —	3 Cl. B.
— — —	2 Cl. A.
Eftermiddag.	
4-6 Engelsk Stil	

e Candidater, som i Aar dimitteres til Academiet, ere:

1. *Charles Ferdinand Leonhard Mourier*, en Søn af Hr. Commerceraad René Pierre Francois Mourier, Secretair ved det Asiatiske Compagnie;
2. *Christian Christensen*, en Søn af Hr. Andreas Christensen, Borger og Liigbærer her af Staden;
3. *Christian Carl Schönheider*, en Søn af Hr. Etatsraad Johan Franciscus Gottlieb Schönheider;
4. *Peter Carl Wilhelm Mangor*, en Søn af Hr. Grosserer Johan Samuel Mangor her af Staden;
5. *Christian Thiemroth*, en Søn af Hr. Concertmester Julian Heinrich Christian Thiemroth;
6. *Ludvig Otto Langhorn*, en Søn af afdöde Asmus Jacob Langhorn, Districtschirurg i Naskov;
7. *Andreas Ingeberti Unsgaard*, en Søn af Hr. Kammeraad, Landinspecteur Iver Unsgaard;
8. *Peter Christian Bagger*, en Søn af Hr. Etatsraad Rasmus Langeland Bagger, Borgemester her i Staden.